

26  
19

# DECAS DESIDERIO- RVM IVRI- DICORVM

QVAM  
*PRAESIDE*

IO. FRIDERICO WERNHERO, D.

PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROVINC. ET SCABINAT.  
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS.

SVBST.

IN AUDITORIO ICTORVM  
NON. DECEMBR. M DCC XXXI.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONET

DOMINICVS GOTTLLOB FETTER  
GORLIT. LVSAT. SVPER.

---

VITEMBERGAE  
LITERIS IOANNIS CHRISTIANI GERDESI.

BASED  
OF A HISTORY  
OF THE  
CIVIL GOVERNMENT  
OF FRANCIA  
BY  
JO. FREDERICUS VERNONIO  
LOND.  
M. DCC. LXXI.

DOMINICUS COTILLIONE



### DESID. I.

**S**everius puniendi judices, qui in causis civilibus aut criminalibus fiducia Magistratus procedere audent. Cum enim remedia, quae in legibus habentur, v. g. actio de Syndicatu, injuriarum, l. 32. ff. d. injur. &c. non sufficere videantur ad hoc malum extirpandum, merito desideratur pena multo gravior.

- Rat. 1.* Dantur plurimi casus, ubi jure iniquissime ad alios opprimendos judex abuti potest, ita, ut difficillime occurri possit.
2. Accedit presumptio, quae pro judice militat, & duriorem reddit causam eorum, contra quos judex animose agit.
3. Nec raro abusus num. 1. dictus committi solet, cum boves interdum, i.e. parum se continentes, evadant iustitiae administratores, monente CARPZ. L. II. Resp. 64. Quod durius itaque innocentiae datur praesidium, eo gravius noxae statui debebat supplicium.

*Exempla* sunt in iis, qui, nisi pareatur, gravissima quæque minitantur, & se cum Pilato eos venditant, qui ἔξεσται σωμάτων, καὶ ὅπολῶν. Joh. XIX. II. Pertinent etiam hic, qui sua libidine decidunt, & postea, leuterationes interponi agre ferentes, easdem absque ratione rejiciunt, imo prædicunt, se leuterationes esse rejecturos, & Apostolos refutatorios ita daturos, ut non possit non subsequi rejectio; aut spe rejiciendæ appellationis, vel quia nunt, alterum non habere, unde Apostolos redimat, fidu-

ea Magistratus procedunt. Nec immunes pronunciandi, qui gravissime in inquisitos, durante examine, invehuntur, atque ita improbos reddunt pertinaciores, & stupidiores timidioresve in gravissimum adducunt discrimen. Et, quæso, quis omnia enarreret?

### DESID. II.

Juber quidem suo modo *Ord. Crim. art. ult.* in criminalibus sententias Collegiorum juridicorum expetere, sed optanda talis rerum facies, ubi inquisitus ab eodem judice & examinari & judicari posset.

*Ratio.* A pena unius, ejusque interdum valde imperiti, parum attenti, affectibus exceccati, non pro defensione rei laborantis, sed ipsum quamprimum suspensum, aut omni tormentorum genere laceratum, videre cupientis, Actuarii, vitam hominis suspendere, periculosum. Quandoque reus nec debite interrogatur, verba ipsius in alium sensum præter intentionem detorquentur, prælectio præcipitatur, quæ ad defensionem faciunt, omituntur. Sunt & multa alia ratione personarum &c. de quibus judicii extraneo constare non potest. Prætero, quæ Desid. præced. addueta.

*Exemplum.* Quæsusus aliquis de stupro inculparus: *Ob er bey NN. gewesen*, respondit, affirmando. Actuarius hæc de concubitu accipiens literis confessionem concubitus consignavit. Facta prælectione reus negat concubitum. Actuarius addit, reum, quamvis initio fassus fuerit concubitum, rursus tamen negasse facta prælectione. Parum aberat, quin reus condemnaretur, nisi fabula ita detecta fuisset. Reus coram alio judicio ajebat, se non de concubitu fuisse interrogatum, sed: *Ob er bey ihr gewesen?* id se affirmasse, namque se fuisse quidem cum illa, verum præsentibus aliis multis, & semel, nec solum cum sola, Actuarium vero, hæc de concubitu interpretatum, noluisse, detecto errore, mutare Registraturam. Pater, quid error &c. scribæ valeat.

### DESID. III.

### DESID. III.

Absurdissimos & abominandos opificum mores, quando tirones, boëthos, Magistrosve creant, abrogari, optandum.

Rat. 1. tendunt plerumque ad risum movendum, ut novelius boëthius exponatur omnium ludibrio, sed Christianos μωροχορίας ή εὐτερηπελία, i. e. sales urbani, dedecent. Ephes. V. 4. Nam hos ibidem intelligi, & versio B. Lutheri, & oppositio μωροχορίας ac εὐτερηπελία, nec non analogia sacrarum literarum Matth. XII. 36. ubi πᾶν πῆμα ἀγγὺς notatur, abunde docet. Neque putandum, talia sub titulo & præextu gaudii, Christianis permissi, transire. Longissime distat gaudium Christianorum in DEO, & gaudium mundi, quod utrumque sœpe inepit & impie confunditur.

2. Præterea mores illi opificum cum injuriis aliis realibus sunt plerumque conjuncti, sed talia injuriosa raphismata, quorum nullus rationabilis invenitur exitus, fibrie ita philosophante Justiniano, l. ult. C. d. emanc. liber. recte damnantur.

3. Immo, quod horrendum, multa deprehenduntur in manifestam fidei Christianæ contumeliam introducta. Hæc ergo irrationabilis consuetudinis clarissima argumenta merito eliminanda.

Exempla vid. ap. ADR. BEYER. *Handwerks-Gesell.* Cap. III. Neque literato eadem defuerunt olim orbi, quem enim fugit pennalismi turpis ratio, &, depositio-nis ritus non admundum laudabiles fuisse, quis neget. Unde partim leges, partim desverudo, illorum memoriam non injuria oblitteravit. Venerandæ quidem antiquiratis vestigia in omnibus deprehenduntur, nam & olim Athenis novitus studiosus a Veteranis in balneum deducebatur, additis sat ridiculis ceremoniis. Sed, velim, meminerimus, multa quidem sapientia, attamen & multa valde stolida, in nos a veteribus transfusa. Neque credendum est, nos

pro-

propterea natos, ut tantum antiqua admiremur, & ita  
nosmet ipsos stupiditatis tacite insimulemus.

DESID. IV.

Collegas in causis collegarum judicare minus ratione congruum videtur, idque prohiberi, optandum.

*Ratio.* Plerumque inter Collegas, aut emulacioni, aut nimis amicitiae, raro inculpato animi judicio, locus est. Ergo aut odio quid datur, aut quod frequentissimum est, peccatur in illud Mich. VII. 3. בְּשָׁלוֹם וְחַטָּאת שָׂאֵל תְּשִׁיר

DESID. V.

Ex aliis ad nostram religionem conversis non satis honeste prospici, merito dolendum & desiderandum.

*Rat. 1.* Plurimi, quos conscientiae ratio ad amplectendam fidem Evangelicam permovit, dum & honoribus, & omnibus hujus vitae donis sibi carentum, vidept, tantam, quamque primam & gravissimam tentationem haud sustinentes, in ipso limine deterriti ad suos revertuntur, ideoque referendi ad illos, de quibus Salvator Matth. XV. 21. Plerumque enim efficiunt hæc, ut sicut πρόσκαρποι.

*2.* Quamvis etiam hoc fiat converendorum vitio, tamen & nos infirmiorum conscientiae consulere debebamus, quantum in nobis est. Et præivit suo exemplo Apostolus Paulus, qui ubivis Eleemosynas conversis ex Judeis procuravit. Sed cum imitari soleamus Iudeos Hagg. I. & Esai. LVI. II. mirum non est, fundamina religionis nostræ civili labefactari. Sane experientia loquitur, nullani existere propemodum sectam, quæ minus curerit suos proselytos. Qui ergo ad nos transfit, eum, nisi bonis abunder, & efficacissime trahat DEVS, Jo. VI. 44. & tales esse oportet, quem mandare &c. non pigeat.

DESID.

### DESID. VI

Ne quoque scelerati, qui alibi delictis expulsionem  
meruerunt, vel causam tantum mendicandi querunt, promi-  
scue admittantur, providendum. Optimum ergo factu,  
probe explorare prius singula, quo honesta & fraudulenta  
intentio separantur.

Rat. 1. Ipse Apostolus prohibet *χειρας ταχεως imponeo.*  
1. Timoth. V. 22.

2. Ex monito Salvatoris margarite poreis non projicienda.  
Matth. VII. 6.

3. Non permittendum, ut ejusmodi furfuris homines sint. *τηρησας συνενωχθεον.* Jud. vers. 12.

### DESID. VII

Hergewettam & Geradam in terris Sax. penitus abro-  
gari, pariter optandum.

Rat. 1. Quibus litibus anima per eandem detur, quomodo luxus  
alatur, & immodiici sumrus in eandem in fraudem mariti,  
creditorum, filiorum &c. fieri soleant, non est, ut multis  
ediscatur,

2. Quanta inaequalitas inter utramque intercedat, quem latet?

### DESID. VIII

Alicubi extra Sax. peculiares sententiae super sola que-  
stione, num admittenda sit appellatio, experti solent. Quæ si  
admittenda videatur, pronunciari consuevit: *dass die geberhene*  
*processus appellatoriori zu verstatten.* Sed illico rejici, aut  
admitti, magis consultum.

Ratio. Ita lites, ubi non erat opus, protrahuntur, & eadem  
fere facilitate in meritis pronunciari, adeoque non exiguo  
um temporis sumtuumque compendium fieri poterat.

### DESID.

111

DESID. IX.

In portione statutaria relinquenda omnino conjugis præmorientis excludi arbitrium, non vehementer probandum.

Rat. 1. Poterant quandoque melius in officio conjuges contineri, si aliqualis libertas disponendi, portionemque illam ex causa auferendi, salva foret.

2. Sæpius fieri solet, ut ita deterior fiat ditior contra l. 3. ff. d. donat. int. vir. & ux.

DESID. X.

In doctrina de sectione cadaveris multa quoque jure suo desiderari posse videntur.

Rat. 1. Juri div. incognita est hæc sententia, & tot homicidæ per tot secula absque inspectione puniti.

2. Contraria est juris civ. doctrina: in delictis voluntas speatur, l. 14. ff. ad L. Cornel. de Sicar. que cum grano falso accepta neutiquam dammandata.

3. Imperitis sæpiissime Medicis committi sectiones oportet, atque ita fieri solet, ut unius pravo judicio nocens absolvatur.

4. In multis casibus nec per sectionem veritatem explorari posse, ipsi Medici profitentur, TEICHMEYER. *Med. leg. Cap. XX. qu. 6.* Iniquissime ergo non raro absolvitur reus, ubi clare de occidendi voluntate & morte secuta constat. Conf. pluribus POLYC. LEYSER. *diff. d. frust. cadav. inspect.*








Wittenberg, Diss., 1731  
X 237 1957

VD 18

ULB Halle  
007 506 007

3





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

8

9

9

10

10

11

11

12

12

13

13

14

14

15

15

16

16

17

17

18

18

19

19

20

20

21

21

22

22

23

23

24

24

25

25

26

26

DECAS  
DESIDERIO.  
RVM IVRI.  
DICORVM

QVAM  
PRAESIDE

IO. FRIDERICO WERNHERO, D.

PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROVINC. ET SCABINAT.  
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS.

SVBST.

IN AVDITORIO ICTORVM  
NON. DECEMBER. M DCC XXXI.

PVLICE VENTILANDAM PROPONET

DOMINICVS GOTTLLOB FETTER  
GORLIT. LVSAT. SVPER.

VITEMBERGAE

LITERIS IOANNIS CHRISTIANI GERDESIL.

